



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Brunus Brunus à S. Cruce.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

Mortem ibidem honestissi-  
 ma in causa oppetijt, inter  
 orandum hastâ confixus ab  
 Indo quem reprehenderat  
 quòd se certiozem minimè  
 reddidisset, Matrem de vita  
 periclitari, adeòque illam  
 suâ seu negligentia seu ma-  
 litiâ sinè sacramentorû ope  
 de vita migrare fuisset. Per-  
 cussor Indus solâ fugâ se ne-  
 ciseius authorem esse pro-  
 didit, cùm id P. Ioannes, vi-  
 rus adhuc repertus ab Indis  
 alijs, prodere nunquam vo-  
 luerit.

P. Brunus Brunus à S. Cruce.

In Romano Seminario se-  
 uere in seipsum virtutis exē-  
 plar fuit Brunus, cùm se ter-  
 tiò quothebdomadis cingu-  
 lo scorteo verberaret, cate-  
 nulis ferreis cingeret, ter in  
 hebdomada ieiunaret, accu-

F 5 ratè

Italus.  
 in Aethiop.  
 12. April.  
 1640.  
 atat. 50.  
 Soc. 35.



*Mortif.**B.V.  
S. Catharina.*

ratè ad omne punctum legū  
 Seminario præscriptarum  
 sese componeret; ingenio,  
 musicæ peritiâ, piâ morum  
 facilitate amabilis. Ad So-  
 cietatem in vigilia B. V. Af-  
 sumptæ admissus, se ad ar-  
 duas missiones quotidianâ  
 sui flagellatione, duro lecto,  
 fame ac siti exercebat. In  
 Seminario Romano à prima  
 die quâ S. Catharinę Christo  
 paruulo in B. V. sinu seden-  
 ti desponsatæ imaginem vi-  
 dit puer, illam quotidie ma-  
 nè ac vesperi salutavit. Ad-  
 fuit illi postea in Æthiopia  
 cum Iesu paruulo Virgo Dei  
 Mater, cum fortitudinem  
 peteret contra pericula, &  
 tormenta; & inserto illi in-  
 digitum cælesti annulo, fe-  
 stum ei desponsationis, quam  
 in Iesu & Catharina colue-  
 rat



rat, celebrauit. In Æthiopi- *Sacrum.*  
co itinere, cum diuinis ope-  
raretur, totus illi vultus vi-  
sus luce perfundi. Quinde-  
cim inter barbaros fidei Ro-  
manæ infestos lethalibus  
plagis acceptis vixit super-  
stes; id quod infans quidam  
(hactenus nunquam locu-  
tus, & illum neque postea  
in tormentis à constantia  
recessurum affirmans) fore  
prædixerat; quodque Chri-  
stiani à Deo impensius fla-  
gitabāt indicto ieiunio par-  
vulis quoque lactentibus.  
In excelso monte, vbi cum  
Catholicis alijs obsideba-  
tur, in summâ aquæ penuria,  
& siti, nudipes SS. Sacramē- *Patientia.*  
tum in supplicatione circū-  
tulit, ieiunio suis prius indi-  
cto. Ita impetrauit vt in  
monte illo abundè pluerit.



Ab Alexandrinis Schismaticis Romanæ fidei perinfectis magna perpeffus, & ad mortem damnatus, ipfo quo in odium Orthodoxæ fidei suspendi debebat die, P Ludouico Caldeiræ ad genua supplex aduolutus, enixè petijt funi suo, & sibi benedici: & suspensus, lapidibus est appetitus. Propertius Medicus, Bruni germanus, datas à Bruno ad se ex Æthiopia literas admouit humero, in quo acerbis doloribus yrebatur, à Deo per Brunum sanitatem petens, si verum esset quòd P. Brunus in Romanæ fidei odium occisus esset. Confestim cessit dolor, nec redijt.

*Lusitanus.*  
*ibid.*  
*etat. 55.*  
*Soc. 39.*

*P. Ludouicus Caldeira.*  
 Hic Bruni comes fuit in  
 Apostolatu Æthiopico, ac  
 so-